

si quis attente intuebitur, in his bran-
chias, (hoc certe ridiculum est, nul-
lum enim ex testaceis habet) et sto-
machum et reliquas partes nutritio-
rias contemplabitur: imo etiam auri-
culas fungi crispi figuram referentes,
magnitudine grandioris acetabuli,
polypi, quae dilatari ac contrahi so-
leat: umbilicum vulgus esse putat.
Rondeletius haec pro spondylis, qui
Athenaeo τραχύλοι, ἀπὸ τῆς τραχύτη-
τος, id est, ab asperitate dicuntur. Me-
minit eorum Plinius et Galenus, in-
terque ostracoderma recenset; Ma-
crobius etiam, qui inter coenae Pon-
tificialis prima fercula numerat; sed
et Columella, qui inter testacea re-
ponit. Duplici spondylus, secundum
Rondeletium *testa* constat, intus ca-
va et laevi: foris scabra, ad ungulæ
asini formam rotundata, latiore parte,
quae et inferior dici potest, tenuior
est, et multo minus densa, minus con-
cava, arcta valde et firma articulatio-
ne connexa: utriusque enim testae
binæ apophyses sunt, five tubercula,

quæ binis acetabulis vicissim reci-
piunt et recipiuntur: vinculo medio
nigro et valido cohaerent. *Caro* in-
terna ostreorum carni similis est: cir-
ca hanc fimbriata membrana. Intus
caro, sed durior, et virus olens. Ad-
nascentur saxis, et ita haerent, ut non
nisi malleo, aut fracta faxi parte ca-
piantur. Rondeletius idem, in saxis
Fresconiis Agathensis sinus parvos
reperit. Reperiuntur in eis cancri par-
vi. Aldrovandus aliquot spondylorum
genera exhibet, interque illa elegans
quoddam, plurimis extra tuberculis
obtusis praeditum, ab uno latere ru-
bicundis, ab altera inter viridem et
caeruleum ambigentibus, quibus ta-
men rubra etiam permiscentur tuber-
cula: summum caput seu vertex can-
dicat. Intus circulus satis conspicuus
colore viridescente totam fere con-
cham prope extremitatem ambit:
dein color sequitur castaneorum,
dein albus et subviridis. In medio
velut umbilicus est, addito luteo
constans.

PVNCTVM IV.

D e Pectinibus.

TAB. XIV. *Pectines*, si Gyllium sequimur, a ru-
Nomen. gis seu imbricaturis illis, quibus
signati sunt, ita dicuntur. Plinius ali-
quando a pectunculis distinguit, non
nunquam utrumque promiscue no-
minat. Graeci οὐτένε nominant, ob
manuum et pedum similitudinem, ut
Nicandri interpreti placet.

Descriptio. *Descriptiones* exactas in differen-
Arist. H. A. tiis dabimus, hic dicere sufficiat, bi-
l. 4. c. 7. valves et clusiles esse, ut apud Ari-
stotelem legimus, seque concluden-
do tueri: pectinatum eis divisas te-
stas; ideo Athenaeo ἁβδωτον, et τρα-
χέσπακον dici: utraque parte auritas,
eademque referatiles esse. Nam ab
altero latere nodo ligantur, ovum di-

bus pluviosis proveniunt plurimi,
quod et aliis testatis accidit. Nam
squallore pectines magis trahunt ru-
sum colorem. Jamque in Pyrrheo
Euripo pectines aliquando defuerunt,
non modo propter ferramentum, quo
piscatores abradendo ubertim cape-
rent, verum etiam propter siccitates.
Quae autem ova in iis appellantur,
quamvis vere iis insint, moxque pro-
cedente tempore minuantur aboleanturque, tamen nihil ad generationem
conferunt, sed indicium sunt nutrica-
tionis melioris, quale in sanguineis
pingue est. Oculi ut ostreis nulli, Con-
chis dubii, sic pectines, si quis digitos
adversus hiantes moveat, contrahun-
tur ut videntes. Volare sagittae, mo-
do, nisi forte hoc ad Lolinem per-
tineat, Plinius prodidit: sed et stri-
dere sentiuntur, quoties per summa
humoris nitibundi feruntur. Massa-
rius per aëra volare negat. Cum
enim, inquit, callo illo interiori am-
bae testae connexae sint, ut difficile
Plin. H. N. l. 9. c. 36.
Plin. H. N. l. 9. c. 39.

Athen. Di-
pnos. l. 3. *Athenaeus* eis ostrea, in quibus na-
Plin. H. N. scuntur, margaritae contulit. Sponte
l. 9. c. 51. in arenosis et limosis locis prove-
niunt: in sinu vero Aquitanico et
Normannia capiuntur frequentissime.
Anno autem perficiuntur. Tempori-